

Anzeigebblatt

für die Erzdiöcese Freiburg.

Nro. 20.

Freiburg, den 28. November 1866.

X. Jahrgang.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE IX.

ALLOCUTIO

HABITA IN CONSISTORIO SECRETO
DIE XXIX OCTOBRIS MDCCLXVI.

VENERABILES FRATRES!

Luctuosum et nunquam satis deplorandum catholicae Ecclesiae in Poloniae Regno, ac Russiarum Imperio statum cum summo animi Nostri moerore lamentari cogimur, Venerabiles Fratres. Optime cognoscitis, Nos vel ab ipso supremi Nostri Pontificatus exordio summopere cupientes afflictis ibi sanctissimae nostrae religionis rebus ac spiritali illorum fidelium bono consulere, omnia suscepisse consilia, atque etiam cum Serenissimo ac Potentissimo Russiarum Imperatore, et Poloniae Rege Illustri iniisse Conventionem. Sed irritae fuere Nostrae omnes sollicitudines. Namque non solum illa Conventio maxima ex parte haud fuit executioni mandata, ac omnino despecti gravissimi illi omnes Articuli, qui juxta promissiones ad optatum exitum erant adducendi, verum etiam magis quotidie conculcata fuere pacta, ac promissa ab ipsis Russiarum Imperatoribus ac Poloniae Regibus facta, et bellum a Russico Gubernio rei catholicae jamdiu indictum majorem in modum asperrimis hisce temporibus fuit conflatum ad catholicam fidem in illis regionibus funditus evertendam. Nihil autem valuerunt Nostrae expostulationes per Nostrum Cardinalem a publicis negotiis factae apud illud Gubernium, nihil Nostrae Litterae ad ipsum Serenissimum Principem scriptae, quibus nulum fuit datum responsum.*) Atque hic omittimus denuo percensere numerando ea omnia, quae in Nostra Encyclica Epistola ad Venerabiles Fratres Sacrorum Poloniae, et Russiarum Imperii Antistites data, typisque edita vehementer deploravimus**). Idem enim Gubernium majore in dies insectatione catholicam oppugnans Ecclesiam semper impedivit, quominus Chelmensis Episcopus tres et amplius abhinc annos a Nobis renunciatus

Allocution

Sr. Heiligkeit des

Papstes Pius IX.,

gesprochen

in dem geheimen Consistorium

vom 29. October 1866.

Ehrwürdige Brüder!

Die traurige und nicht genug zu beklagende Lage der katholischen Kirche im Königreiche Polen und im russischen Kaiserstaate, auf welche Wir nochmals genöthigt sind, in tiefster Bekümmerniß Unseres Herzens hinzuweisen, ist Euch bekannt. Ihr wisset, daß Wir sogleich beim Antritte Unseres Pontificates, befehle von dem innigsten Wunsche, für die Sache unserer dort so sehr bedrängten heiligen Religion und für das Seelenheil der dortigen Katholiken Sorge zu tragen, nichts unversucht ließen, daß wir selbst mit dem erhabenen und großmächtigen Kaiser von Rußland und König von Polen einen Vertrag abgeschlossen haben. Aber alle unsere Bemühungen waren vergeblich. Denn nicht genug, daß jener Vertrag größtentheils gar nicht zur Ausführung gebracht, nicht genug, daß seine wichtigsten Bestimmungen, die doch den gegebenen Versprechungen gemäß hätten ausgeführt werden müssen, mißachtet wurden: nein, man trat die Uebereinkommen und diejenigen Zusagen, welche die Kaiser von Rußland und Könige von Polen selbst übernommen, mit Füßen und führte den Krieg, welchen die russische Regierung schon längst der katholischen Religion erklärt, gerade jetzt in dieser so verhängnißvollen Zeit, mit einer Erbitterung, welche auf die Absicht schließen läßt, den katholischen Glauben in jenen Ländern ganz und gar zu vernichten. Nichts vermochten Unsere Mahnungen und Bitten, die Wir durch Unseren Cardinal Staatssecretär an jene Regierung stellen ließen, nichts Unser Schreiben, das Wir an den erhabenen Fürsten selbst richteten,*) auf das gar nicht einmal eine Antwort erfolgte. Wir wollen es hier unterlassen, Alles das nochmals aufzuzählen, was Wir in Unserer Encyclica so schmerzlich beklagten, die Wir an Unsere ehrwürdigen Brüder, die Bischöfe von Polen und Rußland erlassen und die Wir auch im Drucke veröffentlicht haben.**). Jene nämliche Regierung, die da im-

*) Lit. 22. April. 1863.

***) Epist. Encycl. die 30. Julii 1864.

*) Schreiben vom 22. April 1863.

***) Epist. Encycl. die 30. Julii 1864.

episcopalem posset consecrationem accipere. Postquam vero Venerabilem Fratrem Sigismundum Varsaviensem Archiepiscopum a suo grege divulgum in longinquas amandavit regiones, ei severissime interdicta omni cum suae Dioecesis fidelibus communicatione, Dilectum quoque Filium Paulum Rzewuski illius Vicarium Generalem et Suffraganeum Episcopum Prusensem in partibus Infidelium a Nobis electum, et nunquam ob impedimenta ab ipso Gubernio allata consecratum militari manu comprehensum in exilium eiecit. Atque id, propterea quia idem Vicarius de ecclesiasticis negotiis Rescripta a Nobis motu proprio data ad alios Poloniae Ordinarios perferenda curabat. Vix autem eodem Vicario Generali in exilium pulso, non dubitavit civilis Varsaviae Praeses Metropolitanus Templi Varsaviensis Canonicos ad se vocare, eisque praecipere, ut, nulla interposita mora, Vicarium Capitularum a se propositum eligerent. Quibus injustis mandatis iidem Canonici merito, et cum eorum laude obstiterunt, cum potissimum praesto essent alii, qui ab Archiepiscopo Varsaviensi ad Vicarii Generalis munus obeundum fuerant destinati, quoties commemoratus Dilectus Filius Paulus Rzewuski fuisset expulsus, quemadmodum infeliciter evenit. Wilnensis autem Episcopus a sua Dioecesi abreptus jamdiu in exilio misere vivit, quin ullo modo episcopale suum munus exercere, et gregis sibi commissi bono consulere possit.

Insuper, Venerabiles Fratres, promulgata ab eodem Gubernio sunt decreta, quibus catholica Ecclesia, ejusque auctoritas, leges, ac disciplina proculcantur. Namque hisce decretis omnia pene Regularium utriusque sexus Ordinum Coenobia de medio sublata fuere, atque omnia cujusque Regularis Ordinis bona publico aulario adjudicata, et paucissimae Religiosae Familiae, quae adhuc supersunt, a suorum Summorum Moderatorum regimine abstractae, et Ordinariorum jurisdictioni subjectae, et universus Catholicus Clerus tum in Polonia, tum in Russiarum Imperio omnibus suis bonis vel ad Episcopos, vel ad Canonicorum Collegia, vel ad parochias, vel ad ecclesiastica beneficia, vel ad quaelibet alia pia, et religiosa instituta pertinentibus spoliatur, et eorumdem honorum redditus publici aeris alieni administrationi committuntur. Atque eisdem decretis contra ecclesiasticas leges, contra supremam hujus Sanctae Sedis auctoritatem, et omnia jura statuitur nova catholici Cleri dispositio, nova in omnibus Dioecesibus cujusque Canonicorum Collegii existendi ratio, nova parochiarum divisio, et Capitula Collegialium Ecclesiarum abolentur, et Episcoporum plane destruitur auctoritas, ac libertas, cum ipsi sine Gubernii consensu nullum parochum, nullum parochiarum administratorem, aut vicarium eli-

mer mehr die katholische Kirche bedrängt und verfolgt, hat fortwährend es zu verhindern gewußt, daß Wir dem Bischofe von Chelm, den Wir schon mehr denn drei Jahren zu dieser Würde bestimmt hatten, die bischöfliche Weihe ertheilten. Nachdem sie aber Unseren ehrwürdigen Bruder, den Erzbischof Sigismund von Warschau von seiner Heerde weggerissen, in eine ferne Gegend verbannt, und ihn von jedem Verkehr mit den Gläubigen seiner Diocese abgeschnitten; hat sie auch dessen General-Vicar und Suffraganbischof, Unseren geliebten Sohn Paul Rzewuski, der zwar von Uns zum Bischofe von Prusa in part. infidelium erwählt, jedoch mannigfaltiger von der Regierung selbst hervorgerufener Schwierigkeiten wegen nie consecrirt worden, mit Militärgewalt festnehmen lassen und in das Exil getrieben. Und dies einzig und allein deswegen, weil derselbe Unsere ganz selbstständig gegebenen Erlasse über kirchliche Angelegenheiten an die übrigen polnischen Bischöfe beförderte. Kaum war derselbe aber in das Exil verbracht, so trug die weltliche Behörde von Warschau kein Bedenken, die Kanoniker der Metropolitankirche von Warschau zu sich zu bescheiden und ihnen zu befehlen, sie sollten auf der Stelle den von ihr vorgeschlagenen Capitelsvicar erwählen. Diesem ungerechten Ansinnen widersetzten sich jedoch die Canoniker mit Recht und zu ihrer Ehre, zumal da der Erzbischof von Warschau für den Fall schon andere Nachfolger an die Stelle des General-Vicars bestimmt hatte, daß Unser obengenannter geliebter Sohn Paulus Rzewuski, wie es leider geschehen ist, verbannt würde. Auch der Bischof von Wilna wurde gewaltsam aus seiner Diocese entfernt und lebt schon lange in einem elenden Exil, ohne daß es ihm irgendwie vergönnt ist, sein bischöfliches Amt auszuüben oder für die ihm anvertraute Heerde Sorge zu tragen.

Außerdem, ehrwürdige Brüder, hat die russische Regierung Gesetze erlassen, wodurch die katholische Kirche und deren Ansehen, Gesetze und Disciplin zu Boden getreten werden. Denn durch diese Verfügungen sind fast alle Klöster der Orden beiderlei Geschlechts ganz aufgehoben und alle Güter derselben dem Staatsvermögen einverleibt worden, die wenigen religiösen Genossenschaften aber, die noch übrig blieben, hat man der Leitung ihrer höchsten Obern entzogen und der Jurisdiction der Bischöfe unterworfen; den gesammten katholischen Clerus in Polen wie in Rußland hat man aller seiner Güter beraubt, die theils den Bischöfen, theils den Collegien der Canoniker theils den Pfarreien und Kirchenpfänden, theils verschiedenen anderen frommen und religiösen Genossenschaften eigenthümlich zugehören; hat man endlich die Einkünfte aller dieser Güter der Verwaltung der Staatsschulden übergeben. Durch die nämlichen Decrete wird, allen kirchlichen Gesetzen entgegen, gegen die oberste Autorität dieses heiligen Stuhles und gegen alle Rechte, eine neue Organisation des katholischen Clerus, sowie in allen Diöcesen eine neue Einrichtung der einzelnen Canonicatsstifte und neue Eintheilung der Pfarreien eingeführt; die Capitel der Collegialkirchen werden aufgehoben, und Ansehen und Freiheit der Bischöfe vollständig zerstört, da dieselben ja ohne Einwilligung der Regierung keinen Pfarrer, keinen Pfarrverwalter oder Vicar mehr ernennen können.

gere possint. Ejusdem autem Gubernii decreto Camenensis catholica Dioecesis suppressa, ac proprio adempta pastori cum Luceoriensis, et Zitomeriensis Dioecesium administratione fuit conjuncta. Legitimi Sandomirensis, et Cracoviensis praesertim Dioecesium Parochi ad Gubernii arbitrium de una ad aliam parochiam traducti, de proprio gradu deturbati, alique in eorum locum successi. Plocensis vero Dioeceseos Seminarii aedes confiscatae fuere, et illius Episcopus Clericos Alumnos in coenobium olim Franciscalis Ordinis extra civitatis moenia transferre coactus, omnibus ecclesiasticis viris commeatus denegatus, ne ultra mille passuum spatium a propria residentia discedere et inter se communicare possint. Illorum autem fidelium cum hac Apostolica Sede communicatio a Russico Gubernio tanta severitate est interdicta, ac omnino sublata, ut Nos maximo animi Nostri dolore haud amplius ullo modo possimus pro supremi Nostri Apostolici ministerii officio dilectam illam Dominici gregis partem juvare, ejusque spiritualibus indigentibus opem, auxiliumque ferre. Atque utinam ne veri sint tristes nuntii, qui nuper ad Nos pervenerunt, designatum nempe Chelmensem Episcopum, et Cathedralis illius Templi Canonicos majore ex parte ab eodem Gubernio in ignotas regiones fuisse amandatos. Nihil vero dicimus de assiduis cujusque generis insidiis, artibus, et conatibus, quibus idem Gubernium catholicae Ecclesiae filios ab ejus sinu abripere, eosque ad funestissimum schisma totis viribus pertrahere annititur, nihil de carceris, exili, aliisque poenis, quibus Episcopi, sacrique Ecclesiae Ministri, Religiosique Viri, et catholici fideles suae religioni firmiter adhaerentes, et Ecclesiae jura propugnantes misere subiiciuntur.

Quae omnia manifestius apparent ex accurata rerum omnium expositione, quam opportunis documentis munitam, ac typis editam Vobis quamprimum tradendam jussimus. Atque ita universus catholicus orbis agnoscat, quam diuturnum sit bellum a Russico Gubernio sanctissimae nostrae religioni illatum, ut ipsa in Poloniae Regno, et Russiarum Imperio penitus deleatur. Haud ignoramus, ex funestissima, et omnino damnanda rebellionem idem Gubernium arripuisse occasionem ad tam dira contra catholicam Ecclesiam suscipienda consilia, dum rebellionis rei debitis modis cohiberi, et puniri poterant, quin Ecclesiae tam grave bellum inferretur. Atque ita Deo placuisset, ut nemo ex Ecclesiae potissimum Ministris se perniciosissimis fatalis hujusmodi perturbationis motibus immiscuisset. Nos quidem nunc denuo, uti alias, rebellionem summopere damnamus et reprobamus omnesque fideles, ac praesertim ecclesiasticos viros monemus, et exhortamur, ut impia rebellionis principia ex animo abhorreant, detestentur, ac sublimioribus potestatibus subditi sint, illisque fideliter obediant in iis omnibus, quae Dei, ejusque sanctae Ecclesiae legibus minime adversantur.

Durch ein anderes Decret dieser Regierung ist die katholische Diöcese von Kaminiec aufgehoben und ihrem Hirten entzogen worden, um mit der Verwaltung der Diöcesen von Luzk und Schitomir verbunden zu werden. Die rechtmäßigen Pfarrer der Diöcesen von Sandomir und Krakau sind nach dem Gutdünken der Regierung von einer Pfarrei in die andere, in andere Classen versetzt und durch andere ersetzt worden. Die Gebäude des Diöcesan-Seminars von Plock sind beschlagnahmt und der Bischof gezwungen worden, die Mönche außerhalb der Mauern der Stadt in einem Kloster unterzubringen, welches den Franciscaner-Mönchen gehört hatte; alle Freiheit des gegenseitigen Verkehrs ist überdies den Priestern versagt worden, welche sich nicht mehr weiter als tausend Schritte von ihrem Wohnorte entfernen und keine Verbindungen unter einander haben dürfen; die Verbindung jener Gläubigen mit dem apostolischen Stuhle ist aber mit solcher Strenge von der russischen Regierung verboten und aufgehoben, daß Wir, zum größten Schmerze Unserer Seele, gänzlich aufgehört haben, diesem geliebten Theile der Heerde des Herrn die Fürsorge Unseres apostolischen Amtes zuwenden und ihnen in ihren geistigen Nöthen Beistand und Hilfe bringen zu können. Würdte es Gott gefallen, daß sich die traurige Nachricht nicht bestätige, welche uns neuerlich zugekommen ist, daß nämlich der Bischof von Chelm und der größere Theil der Canoniker der bischöflichen Kathedrale auf Befehl der Regierung nach unbekanntem Gegenden fortgeführt worden seien. Von den Arglisten, den Ränken, den Anstrengungen aller Art wollen Wir gar nicht reden, welche diese Regierung beständig anwendet, um die Söhne der Kirche von ihrem Schooße loszureißen und sie zu dem verderblichsten Schisma hinüberzuziehen; Wir sagen nichts von den Gefängnißstrafen, den Verbannungen und den anderen Strafen, von welchen die Bischöfe, die Diener der Kirche, die Ordensgeistlichen und die treuen Katholiken betroffen worden sind, welche ihrer Religion fest anhängen und die Rechte der Kirche vertheidigen. Alles das wird deutlicher dargelegt werden in einer ausführlichen Darstellung aller Thatfachen, welche Wir zu drucken befohlen haben, und die Wir Euch mit den nöthigen Documenten nächstens zustellen lassen werden. Auf diese Weise wird die ganze katholische Welt diesen fortgesetzten Krieg kennen lernen, welchen die russische Regierung unserer allerheiligsten Religion erklärt hat, um sie im Königreiche Polen und in dem Kaiserreiche Rußland gänzlich auszutilgen.

Wir wissen recht wohl, daß diese Regierung den verderblichen und durchaus verwerflichen Aufstand dazu benutzt hat, um ihre grausamen Entschlüsse gegen die katholische Kirche zu bemänteln, während sie doch die schuldigen Aufständischen durch erlaubte Mittel bestrafen konnte, ohne gegen die Kirche diesen schrecklichen Krieg zu führen.

Wollte Gott, es hätte sich kein Diener der Kirche an den unseligen Wirren dieses Aufstandes theilhaftig. Wie früher verdammten und verwerfen Wir auch jetzt wieder den Aufruhr, ermahnen dringend wiederum alle Gläubigen und zumal die Geistlichkeit, die gottlosen Grundsätze der Revolution aus ihrem Herzen ferne zu halten und sie zu verabscheuen, höherer Macht

In tanto autem dolore non leve Nobis affert solatium eximia illorum Catholicorum virtus et constantia, qui licet tantopere divexati, tamen, Deo adjuvante, in catholicae religionis professione stabiles et immoti permanent, et malunt asperrima quaeque perpeti, quam ab eadem sanctissima religione, atque ab hac Apostolica Sede deficere.

Interim vero Dei, ejusque Ecclesiae, et Religionis causam Nobis divinitus commissam strenue tuentes, partesque Nostras Apostolica libertate explentes, in hoc amplissimo Vestro consessu Pontificiam Nostram attollimus vocem, et omnia decreta et acta a Russico Gubernio in Religionis, Ecclesiae, et hujus Apostolicae Sedis jurium detrimentum edita, ac patrata summopere damnamus, reprobamus, et omnino irrita, ac nulla esse declaramus.

Verum sperare volumus fore, ut Serenissimus ac Potentissimus Russiarum Imperator, et Poloniae Rex Illustris serio considerans, catholicam religionem, ejusque salutarem doctrinam firmissimum esse Imperiorum Regnorumque fundamentum, ac temporariae quoque populorum tranquillitati, et felicitati maxime conducere, velit pro sua humanitate, et animi celsitudine justissimis Nostris votis, ac postulationibus annuere, ac suprema sua auctoritate efficere, ut in vastissimi sui Imperii regionibus catholica Ecclesia, ejusque cultores a tot calamitatibus respirent, et jamdiu exoptatam assequantur pacem, et liberum suae religionis exercitium.

Ne desinamus autem, Venerabiles Fratres, assiduis, fervidisque precibus divitem in misericordia Deum in humilitate, et contritione cordis nostri orare et obsecrare, ut propitius respiciat super haereditatem suam, et exurgat in adiutorium populi sui, et Catholicam Ecclesiam tot undique jaectatam procellis, tot afflictam periculis, tot divexatam calamitatibus divina Sua dextera protegat, adjuvet, defendat, eique optatissimam pacem, ac triumphum concedat.

dagegen unterthan zu sein und derselben treu zu gehorchen in Allem, was nicht den Gesetzen Gottes und seiner heiligen Kirche zuwider ist.

In dieser so tiefen Betrübnis gereicht Uns jedoch zu großem Troste die hohe Entschlossenheit und Standhaftigkeit jener Katholiken, welche, obgleich so vielfach bedrängt, dennoch mit Gottes Hilfe fest und unerschütterlich im Bekenntnisse ihres hl. Glaubens verharren und es vorziehen, das Härteste zu ertragen, als von unserer heiligen Religion und diesem apostolischen Stuhle abzufallen. Da es Uns indessen obliegt, die Uns anvertraute Sache Gottes, seiner Kirche und Religion muthig zu vertheidigen und Unser Amt mit apostolischem Freimuth zu erfüllen, erheben Wir hier in Eurer hochansehnlichen Versammlung Unsere Stimme als Oberhirt der Kirche und verdammen, verwerfen und erklären für ungiltig, für null und nichtig alle diejenigen Gesetze und Maßregeln, die von der russischen Regierung zur Beeinträchtigung der Rechte der Religion, der Kirche und dieses apostolischen Stuhles erlassen und durchgeführt worden sind.

Wir wollen jedoch hoffen, daß der erhabene und mächtige Kaiser von Rußland und König von Polen, eingedenk der Erfahrung, daß die katholische Religion und ihre heilbringende Lehre die festeste Stütze der Staaten ist und auch zum zeitlichen Frieden und Glücke der Völker sehr viel beiträgt, nach seiner Milde und Großmuth Unseren so gerechten Wünschen und Forderungen entsprechen und kraft seiner höchsten Gewalt bewirken wird, daß in den Ländern seines weiten Reiches die katholische Kirche und ihre Bekenner nach so vielen Drangsalen endlich einmal frei aufathmen und den so lange ersehnten Frieden sammt ungehinderter Ausübung ihrer Religion erlangen.

Lassen wir jedoch ehrwürdige Brüder nicht ab, in Zerknirschung und Demuth des Herzens zu dem Herrn zu beten und zu flehen, der reich ist in seiner Barmherzigkeit, auf daß er gnädig herabblicken möge auf seinen Erbtheil, auf daß er sich erhebe, seinem Volke zu helfen, auf daß er endlich die katholische Kirche, die von allen Seiten von Stürmen bedrängt, von so vielen Gefahren und Trübsalen heimgesucht ist, mit seiner göttlichen Hand beschirmen, unterstützen, vertheidigen und ihr den sehnlichst erwünschten Frieden und Triumph verleihen wolle.*)

*) Die Uebersetzung ist dem „Mainzer Journal“ entnommen.

Berichtigung.

Nro. 18. Fründenauschreiben sub. II. ist vor Altheim einzuschalten: Im Landcapitel Linzgau.